Inter Dzierzek et Krzowski Motio

Proposuit iudicialiter coram Iudicio praesenti Capitaneali Castrensi Lublinensi mediante infrascripto actor contra infrascriptum citatum actione temporis tali

Joannes Zbigniew a Zamborzyce Capitaneus Lublinensis Tibi Generoso Abrahamo Krzowski Zarzecia sacrae Regiae aulae in hiero haeredi de bonis cuius generaliter omnibus Mandamus nostro Regio nostro Capitaneali ex officio et commoditate ut iudicio nostro Capitaneali Castrensi Lublinensi in terminis Iudicialibus feria secunda ante festum Sacratissimi Corporis Christi proxime ventura in Castro Lublinensi celebrandis vel eo deficientibus tandem proxime ventura Ad instantiam Instigatoris officii nostri item et Generosi Preadola Dzierdek Iudicis Castrensis Lublinensis personaliter peremptorieque compareas Qui te citat ad baniendum et de regno Poloniae dominiisque eidem annexis proscribendum Ideo quia te existente circumstantiis in causa ratione non restitutionis nec persolutionis per te ipsi Dzierdek Actori quingentorum florenorum Polonicalium per eundem actorem nomine tuo Nobili Nicolao Bliskowski ratione dotis cum Nobili Anna Krzowska sorore tua ipsius videlicet consorte eadem in matrimonium elocandi assignatorum et inscriptorum Actorique per te solvi promissa taxa similis summae in secunda processu causae ritu is latius canente rei iudicatae non vis satisfacere nomine pernmutationem tui de bonis tuis omnibus ac in eadem intromissionem rigore lucrorum et perlucrorum dadicioniumque Triplicatorum super te ac bonis tuis omnibus primumque iudicii Terrestris Lublinensi tandem ac di remissionis in officio praesenti obtentorum et perductorum noluisti et non vis remittere, citaris itaque ad videndum et audiendum super te banitionem decerni et per Ministerialem publicari ad omniumque

Noticiam dedit ad praemissa iudicialiter his respon
scens Datum in Castro Lublinensi feria secunda Sacri
Pentecosten Anno Dni Millesimo Sexcentesimo decimo
Et post propositionem suam modo praemissa facta petiit ulte
ad iudicialem rusionem compelli reservatis de iure reservandis
Ex adverso citatus reservatis sibi omnibus iuris remediis ad cau
praesentem necessariis et salua ignorantia aperti processus inquirentes
tandem processus tollatur petiit sibi ut pars actorea
deducat vel in quantum id detractet ut se se iudicium a cau liberet
E contrario Actorea pars dixit processum hunc
bene et legitime iuridicisque gradibus iuris super ipso
citato per se obtentum esse nullumque saltem in obtinendo
ipso commisisse nec aliquem errorem in eodem apparere et
nec per citatum commonstrare posse petens eundem ad respondendum
et ad satisfaciendum pro percuciis et summa principali parisque inde sequuntur
compelli reservatis reservandis
Et iudicium praesens Capitaneale Castren. Lublinen. controversiis partium actorea
per se personaliter citata vero per Nobilem Christophorum Slatirski plenipotentem
suum coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis adin
uenit teneri actorem deducere citato iuris processum
Quam sententiam et decretum praesens pars actorea pro iure
non suscepit nec in eodem acquiescere voluit verum ab eo et
cum eodem Magnificum Ioannem Firlej a Dombrowica
Capitaneum Lublinensem ad Iudicia Ordinaria Generalia
Tribunalis regni Lublinen. proxime cellebranda per nobilem Generalem
Tribunalis regni Nobilem Ioannem Zaleski movit terminum ipsi ...
lem regni Nobilem Ioannem Zaleski movit terminum ipsi contentia
expurgandos sibi vero et parti moventi et cau suae prosequendae
inter cau pallatinatus Lublinensis praefigendo
Quam motionem iudicium praesens parti Actoreae admisit
Terminum partibus modo praemisso inter causas pallatinatus Lu
blinensis conseruando